



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. XXXVIII. Literæ Ægyptiacæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

tatem Ægyptii significarent, eam afferunt: quod compertum est eo dierum numero, qui annos tres complectitur, nisi coeperit puer effari, linguam ejus præpeditam esse, neque ullam superest speciem ut amplius loquatur. Sunt qui Pythagoram triennale silentium dicant hinc instituisse, ut naturæ species exprimeretur in discipulis: quos, ut tunc primum natos, alendos educandosque animi cibo suscepisset. Sed nos in taciturnitatis mentionem illapsi, ejus demum memores, ne hominem gravioribus occupatum studiis & disciplinis, in leves adeo nugas avocare videamur, dicti illius sapientissimi, MANUM DE TABULA, non frustra vulgati, memores, nihil ulterius super digito loquemur.

Apollo nobiliss. pictoris auctor Plin. lib. 35. cap. 10.

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM
LIBER XXXVIII.
QUA RATIONE LITERÆ ET
DISCIPLINÆ HIEROGLYPHICÆ
SIGNIFICANTUR.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

Ad Illustriss. ac Reverend. Dn. Herculem Gonzagam Cardinalem Mantuanum.

Furnius tuus, Antistes Illustrissime, vir plane probus, & disciplinis optimis pereruditus, cuius tu optime non solum ad doctrinam, sed ad rerum tuarum etiam administrationem, uteris, proximis hinc diebus cum Romam advenisses negotia tua curaturus, impendio me rogavit, Leonem meum illum Ægyptiacum, quem olim Amplitudini tuae dedicare cogitasset, sibi videndum tradere: Respondi, fuisse quidem olim id consilii, sed pro re nata captum: quia scilicet clarissimus adolescens discipulus meus, Hippolytus Medices, quo tempore Florentiæ in honore erat, leonem factum qui expellabatur in dies, ad Illustriss. Principem Fridericum fratrem germanum tuum mittere decreverat, marem & faminam oriturus. Id enim frater ipse tuus propagandi semini causa, maxime cupiebat. Ita volebam ego, dum leonculorum illud par splendidiſſimo fratri tuo oblatum in propatulo spectaretur, haberes & tu Leonem alterum interiorum, quem una cum eruditissimis, quos domi alis, amicis atque clares: multa enim insunt Leoni, qua studiosorum omnium ingenia semper exercuerunt. Verum accidit, ut spem falleret leona: quia utramque feminam edidit. quare sublata mihi quoque mittendi Leonem meum occasio: quia neque factum illa jam erat transmittenda, sine qua si meus venisset Leo importune accedere visus esset. Capturam tamen cogitare, numquid aliud invenire possem, quod ad ingenii tui sublimitatem videretur accommodatius, cum opportune de studiis tuis ex ipso eodem Furnio, qua mihi mirifice placuerunt, intellexi. Agebat enim re Philosophiæ & divinarum literarum lectionibus incumbere, maxime vero pietatis nostræ ignibus incensum, cogitationes omnes tuas ad ejusmodi disciplinam convertisse, qui quidem nuncius mihi accidit jucundissimus: quandoquidem, si quid ego hujusmodi scribere instituissem, quod ad hoc ipsum, quod tibi adeo cordi est, argumentum facere videretur, sperabam me tibi rem longe jucundiorum effecturum. Erat vero mihi tunc præ manibus, de literis & disciplinis commentarium, quod ad explicanda Ægyptiorum, atque adeo majorum etiam nostrorum quadam super his mysteria confitebamur: quibus scilicet imaginibus per hieroglyphica Sacerdotes Ægyptii, per mystica mox verba veteres Hebræorum patres, literas essent indicare soliti, quibus disciplinas, quibus demum sapientiam ipsam figurassent. Interrogavi Furnium, an commentarium hoc, pro Leone missum, ulla tibi esset in parte placiturum. Legit, & ut animo est egregie candido, approbavit, suavitque ut omnium summorum contatione libellum omnino ommitterem. Cujus ego judicio fretus, nam cum palati tui optime callentem arbitrabar, quam primum per occupationes licuit commentarium absolvi, tibi, statim, quicquid id esset, dedica-

A dedicavi. Videbis igitur, Antistes honoratiss. que de literarum studiis, de qua humana divinaque disciplina vetustas illa sub verborum ve quorundam involucris occultaverat, quod peritissimi quique inter se hoc velut enigmatum genere uti consueverunt. Et nisi me suscepti operis fallit amor, spero te consensum hunc multorum eruditorum, qui per huiusmodi sculpturas Ægyptiorum inventa secuti sunt, aliqua cum voluptate suscepturum, tuumque tibi institutum tunc longe magis placiturum, cum ex iis qua sumus allaturi, nationum pene omnium sententiam, in eam quam sequeris studiorum rationem convenire perspexeris. Sed antequam ad illam deveniamus, de literis quaedam simpliciter prius dicere necessarium est. Apud Ægyptios sacerdotes librorum bibliothecarumve facies juncorum fasciculo, cui appensa esset sepia cribrumque illi subditum, hieroglyphice signabantur. Et literarum hominum memoria, vel marmore vel ære confictus, his iisdem figuris insculpebantur, & quicquid ad eruditionis monumentum faceret, hoc elaboratum erit ornamento.

LITERÆ ÆGYPTIACÆ. CAP. I.

EA vero species literas, præsertim Ægyptiacas, ut apud Horum est, significabat: propterea quod & iunco illi, & atramento huiusmodi de sepia exempto scriptabant, neque ad hunc usum alio utebantur instrumento. Quod autem ad sepiam attinet, quæ pro theca atramentaria poni solita sit, ac *Satyræ 3.* perinde literas significet, non apud Ægyptios tantum, verum & apud nostros quoque habetur. Perfusus, *Tum queritur cussus calamo quod pendeat humor, Nigrum quod infusa vanescat sepia lymphæ.*

Atramentum sane Græci *σηπιον* appellant. Sunt & alia pleraque sepia significata, sed ea inter pisces *A sepia.* convenientiori loco memoravimus. Cribrum vero sub sepia ponere ideo comenti sunt: quia ea prima sunt arma, quibus in pane conficiendo utimur, atque id apud Ægyptios ex iunco contexti solitum. Nam *ὀλόγον*, quem Solo iuncum appellare possumus, utilissimus ad nasas marinas, vitulumque nexus elegantiam. In Ægypto vero, uti Plinius tradit, cribrorum longitudinem implet, Admonebat autem ea cribri cælatura, ita iunco & sepia subiecta, eum qui victui necessaria comparasset, literis dare operam posse. Cui vero desit provixæ frugis in annum copia, alii datur arti, aliamve sequatur *Simonidis & Aristippi dictum egyptium, D. Laertius in vita Aristippi.* industriam necesse esse. In hac Ægyptiorum sententiam Simonides interrogatus, utrum divitiarum an sapientia prius optari deberet, nescire se respondit: id vero exploratum omnibus esse, sapientes divitum fores frequentare. Opinionem tamen hanc interpretatione callide elusit Aristippus, qui à Dionysio illo suo interrogatus, unde fieret, quod Philosophi divitum limina tererent, non illi Philosophorum? respondit: *Quia Philosophi norunt quibus egeant, illi autem minime.* Sed ut ad Ægypti mores revertamur, illud constat, antequam pollutionum contagio contaminarentur, & à pristina caderent disciplina, primariam apud eos nobilitatem, dignationemque eorum fuisse, qui literas callerent, cum literis non nisi locupletes operam darent. Nam & Athenienses morem hunc ab Ægyptiis acceptum aliquandiu servavere, ut is primas in Republica partes obtineret, qui & eruditione & sapientia maxime præstaret. Et quantum ad institutionem attinet, Romani artes honestiores omnes, & quæ literarum ope comparantur, Liberales appellaverunt, quod earum doctrina ad ingenios spectaret. Hinc illud apud Terentium: *Fac periculum in literis, fac in palaestra, in musicis: quæ liberum scire æquum est, solertem dabo.* *In Eunacho.*

INSTITUTIO. CAP. II.

SAne apud Ægyptios institutio, si quos habuimus codices in damno non sunt, sicut nuncupabatur: cuius interpretationem plerique ponunt, victus opulentus, vel ad necessitatem idoneus: id scilicet innuente, literarum studia rem paratam sibi deposcere. Qua in sententia fuisse etiam Aristotelem ex eo manifestum est, quod eum nullius rei egenum esse cupit, qui Philosophiæ sit operam daturus. Et Zachariæ Chimios inter Hebræos nominatissimi dictum circumfertur: *Si farinam habueris, legem capessere poteris: si legem assecutus fueris, farina non erit tibi.* Legis enim appellatione, literas intelligit Hebræi, & farinam pro frumento annonaque omni ponunt. Quod quidem cum eo quadrat, quod Iudæi, sive Cererem malis dicere, legum inventricem fuisse memorant, cum eadem fruges etiam humano generi commonstrant: de qua loco suo plenius. Ad huiusmodi rem Aristotelis scemma est quo

Cibus Se-
rus quia.A' ac' e.g.
Metaphori-
ca locutio
nei perve-
nisset.

reprehendere solitus est Athenienses, qui jam à pristinis moribus & studiis deciderent, cum tamen se frumenti perinde ac legum inventores fuisse gloriarentur: frumento quidem plurimum, legibus vero minimum uterentur. Sedenim magis facere ad Ægyptiorum sapientiam videtur, si quæ aliæ de corporis cibo, deq; rerum opulentia intellexerunt, ad animi partem, & doctrinæ tacunditatem referamus, cum dubio procul illi per cribri signum *ἱεργλυφικῶς* institutionem interpretarentur. Nam & azymorum calathus, qui Levitico ab Aarone & filiis eius offerendus erat, linguam, hoc est, sermonem vel eloquentiam potius divini numinis significasse fertur. Sicut enim panis nutrimentum est corporis, sic & lex, & doctrina Dei, nutrimentum est animi. Cum vero sape cibus pro doctrina positus sit non apud Ægyptios solum, sed apud nationes omnes, quæ literis & disciplinis claræ habentur, cuiusnam sermo vel eloquentia pleniorē perfectiorēve doctrinam induxit, quam is, qui copiar totius & perfectionis author est: ille cibus animi verus, ille pascuis suavissimus, ille ferculum & lautissima doctrinæ totius mensa, super mel & favum optatissima. Et huiusmodi sensu panes illi duo primitiarum dicti, ex duabus decimis similæ fermentatæ, quos xxii. Levit offerri sibi jubet Dominus, novo sacrificio Legem & Evangelium indicant. Panes enim hi sunt fidelium animarum cibus. Quod vero ex duabus similæ decimis conficiantur, admonet hæc geminata perfecti numeri designatio, conditi eos ex doctrina, quæ perfectam in Christo divinitatem, perfectamq; humanitatem tradit: nec alter coqui nisi per huiusmodi doctrinam possunt. Sed ipse demum Dominus Assertor noster, hieroglyphicum hoc explicavit, cum astuto dæmoni respondit, hominem non ali pane solo, verum etiam quocumq; verbo, quod ex divini Numinis ore procederet. Animadvertendum vero in Divinis literis per cibum modo pecuniam, modo rem domesticam, modo annonæ genus omne intelligi, atque omnes has locutiones identidem accipi pro doctrina: ut cum præcipit Deus simulac in terram Canaan ingressi fuerimus, eaq; & expiata, & rite purgata fuerit, ne veteres incolas expellamus, sed cohabitare nobiscum permittamus, quin & pecunia nostra eos sublevemus. Hiero solymitanus Hefychius pecuniâ hic hieroglyphice pro doctrina nostra positam intelligit. Septuaginta hic cibos ponunt, quod idem est cum fructibus & annona. Nam cum aliquem à sceleribus ad virtutem & bonos mores, ab impietate ad Dei cultum atque timorem adductum, & in ditionem nostram redactum inspexerimus: eum, quia perditus fuerit, nequaquam abominabimur, sed doctrina sublevabimus, & honesti commercii laudabilisq; consuetudinis exemplo pascere, educare confirmareque pernitemur. Missum hinc fermentum in farinæ fata absconditum, ubi Eucherius Farinam pro scientia positam tradit. Quibetiam missos facio non modo panes, verum & totam messem, & patentes campos, in Divinis literis pro sacræ doctrinæ hieroglyphico positos, de quibus idem Eucherius dictum ait: *Et campi sui replentur ubertate atq; de pascuis idem.* Unum illud minime præterierim, quod utili admodum documento apud Maximum Tyrium habetur, sermones similitudinem ciborum gerere, sicuti concentus odorum, cum ea sit ciborum natura plurimum, ut fecundissime nutrant; odor aer sit vaporatus, ut sonus aer ictus, quorum uterq; cum in re tenuissima consistat, aut nullam, aut minimam habeant pascendi vim. Appendas itaq; monet epulas nutriendes, sermones quippe de virtute, atque adeo divina in primis Philosophia: parvique ideo faciendam eloquentiam, eam, inquam, quæ præter aurium oblectamentum, nullam aliam afferat utilitatem: sermonesq; illos esse potiores, qui animum rebus optimis, cibi instar, enutrient. Apud Abacunta Prophetam legas boves non adfistere ad præsepia Boves, Euthymius Judæos intelligit hieroglyphice positos, qui olim virtutis cultores fuerint: per præsepia, sacros & divinos libros, qui pabuli nihil eis in posterum allaturi essent. Et Psalmo sexagesimo quinto: *Super oves pascua tua.* Interpretes per pascuæ vocabulum sacram intelligunt lectionem, quæ illi animum opipare nutrire sibi fidentur, qui ex divina lege vivunt. Ita nonnulli Psalmo 69. *Fiat mensa eorum in laqueum.* Mensam esse volunt divinæ inspirationis scripta, quæ Judæis implicationem mentis afferunt, non doctrinam. Idq; sibi velle laqueum, in quem Propheta mensam huiusmodi transfudit, pollicit. Mox & tormentum addidit, & multam, quæ castigati sunt ob destinationem suam: inde scandalum, propter pristini status divisionem, totiusque generis dissipationem. Deniq; ut à mensa demum faturi recedamus, Simandius Ægypti Rex bibliothecam inscripsit, ANIMI ALIMENTUM, cum id, quod cibus corpori, studium literarum animo subministraret. Et noster Tullius, Tusculanis, ubi de

Archit.

A Archimede loquitur: *Ejus mens, ait, rationibus aggrandis exquirendus, alebatur, cum oblectatione soler-
tia, qui est unus suavissimus passus animorum. Idem pasci se Fausti bibliotheca alibi dicit. Alibi con-
templationem, Animi pabulum vocat. Alibi se vorare literas profitetur.*

SACER SCRIBA. CAP. III.

U^Uero cribrum etiam expediemus, ex ejus hieroglyphico Aegyptii sacrum etiam scribam intel-
ligi volebant: ea enim nuncupatione eos, qui futura praefagiret, appellabant, uti Prophetam He-
braei. *Videntem.* Nam veluti cribrum utilia ab inutilibus disjungit, ita per signa quaedam sacerdotibus
illis, mortem a vita discernebant. Et *ἄνθρωπος* dici solitum de iis, quae vera compertaque; videren-
tur. Sane librum Horus apud Aegyptios fuisse tradit, qui Ambres nuncupabatur, divinationum ple-
nus, ex quo praecipue decumbentem aegrotum, utrum victurus necne, an moriturus esset augura-
bantur: idque ex aegrotantis decubitu praecognoscebant. Nam & alii plura id genus observarunt, uti
fimbriarum in lodice complicationes, advenientes moleste ferre, eorum conspectum averfari, obtu-
tus solito torviores: & alia, non tamen cum arcanis illis conferenda. In antiquis Hebraeorum scri-
tis mentionem invenias de libro quodam arcana, in quo scripta designataque essent omnia, quae u-
niverso mortalium generi eventura sunt: adduntque eum & Adamo divinitus ostensum, atque et-
iam Moyfi: sed haec illi supremi Numinis aspiratione accidisse crediderim, oraculumque; hujusmodi
ob quandam docendi similitudinem Librum appellatum. Hinc sapientissimi viri Maronem volunt
ad hujus quasi libri formulam dixisse illa super Aenea: futuro successu:

*At pater Anchises penitus convulle virenti
Inclusas animas, superumque ad lumen ituras
Lustrabat, studio recolens, omnemque suorum
Forte recensabat numerum, charosque nepotes,
Fataque, fortunisque virum, moresque, manusque.*

Aeneid. l. 6.

Nam & Romani, dum a fando fatum dicunt, edicta decretaque hujusmodi, veluti relata in deorum
acta intelligere visi sunt.

PERFECTAE VIR SAPIENTIAE. CAP. IV.

A^Alii dicunt per cribrum consummatum virum significari, sapientem quippe, qui de divinis hu-
manisque rebus sciat apposite disputare, quod veluti ejus instrumenti munus est a pludas a fru-
mento secernere: ita doctrina, rerumque usus & experientia faciat, ut bonum a malo, rectum a cur-
vo discernamus, ut merito a Marone dictum sit, Mystica vanus Iacchi. Huc nonnulli trahunt Anti-
sthenis dictum, Absurdum esse lolium a tritico non repurgare, hoc est, inutiles cives non secerne-
re ab utilibus, milites ignavos a strenuis, quod dictum alibi latius interpretati sumus. Apud Gale-
num proverbium est, *Stulti ad cribrum*, cum illi notantur, qui rem aut negotium, quod vires exuperat,
aggrediuntur: non enim stultorum est naturae secreta investigare. Quamvis alii putant id ideo di-
ctum, quia si Thessali velit errores omnes corrigere, vel dictione prosequi, numero superatus in-
fomma proverbii decidat, quod est, Stulti ad cribrum, hoc est, Stultorum conatum esse velle singu-
lato totius cribri foramina obturare. Apud nostros D. Joannes Praecursor, doctrinam caelestem sum-
mam sapientiam in Christo praemonstraturus, in hanc sententiam clamat: *Ventilabrum in ejus est ma-*
nus (sunt qui cribrum eadem omnino sententia transtulerunt) *arēam itaq; suam purgabit, ut quae nullius
sunt fructus, a fructuoso discernat, triticumque in horreum condet, paleas vero igni exuret inextinguibili.*
Cujus mysterii significatum, ne nos morosi simus, late explicatur ab Adamantio cap. in Lucam 3.
homil. 26.

TERMINUS, METAVE. CAP. V.

P^Per idem, quod superius posuimus hieroglyphicum, terminum etiam metamve significari prodi-
tum, propterea quod is, qui strenue decurso spatio profecerit in literis, ad tranquillum jam vita
portum applicaverit, eumque scias posse demum habere vitae suae modum, neque hallucinari amplius
in iis, quae mortalium generi accidunt malis. Ita is omnium quae sunt, quae fuerint, quae mox ventura
trahantur, cognitionem assecutus est, ut undecumque prudentissimus effectus, neque secundis intum-
mescat

mescat insolenter, neque adversis perturbetur: in utramque vero fortunam ita se comparat, ut æquum & insuperabilem ad omnes casus animum præ se ferat.

HUMANÆ DISCIPLINÆ. CAP. VI.

Scientiarū
diviso.

Acribro ad panificia devenire, non admodum importunum fuerit. In panificiis autem fermentum non ultimum habet locum. Id in sacris literis multa significat, sed nos id quod ad rem, quæ præ manibus est, facit, interim desumemus. Ajunt vero fermentum inter alia symbola humanas etiam disciplinas indicare. Scientiarum siquidem, ut plerique dividunt, nonnullæ humanæ, nonnullæ divinæ perhibentur. Humanæ sunt, quæ sermonis variatione subjiciuntur, unde vulgo etiam humanitatis studia dicuntur. Divinæ, quæ perpetuo constantiq; tenore quodam perseverant, eodemq; semper habent modo, atq; parte hac ipsam referunt divinitatem. Quod enim semel justum est (de perfecto loquor) semper justum est. Qui semel calefacit ignis, calefacere numquam desinit, dum ignis est. Neque divina deficit providentia, neque perpetua mundi gubernatio. Ita Moralis, Physica, & Theodologia, cum divinitate consentiunt. Humanas autem disciplinas appellant, Grammaticam, Rhetoricam, & Dialecticam. Atque hoc illud est (ut sentit Origenes) quod fermentum in sacrificiis non admittitur. Per fermentum enim, uti dicebamus, Theologi humanas has intelligunt disciplinas, quarum quidem vis & materia in locutionibus ipsis omnino consistit. Accedunt tamen ad ministerium, quia sermo purus, quem docet Grammatica, eloquentiæ splendor, vis atq; copia, quam per Rhetoricam assequitur, & disputandi ratio, quam indicat Dialectica, ministri sunt omnium scientiarum.


DIVINÆ DISCIPLINÆ. CAP. VII.

Ubi etiam
num id fa-
ciunt no-
tatur.

Quo igitur hieroglyphico humaniora studia significentur, expositum est: super est de divinis quibus ea signis hieroglyphicisq; figurarentur, explicare. Divina vero, quod primum sibi signis poseant, nisi quod ipsam indicat divinitatem: cujus circulus est hieroglyphicus, uti latius in figurarum Mathematicarum commentario disseruimus: nempe quod in ea figura neque principium, neq; finem invenire sit, quod æternitatis est proprium. Huiusce rei ratione habita, Ægypti Deum ex circuli figura intelligebant. Per se vero cum Jovem cœli circulum dicerent, sacrificia illi se facere putabant, ubi cellissimam speculam conscendissent, Jovemq; cœli circulum nuncupassent: & quæ multa eo loco tractavimus, hic ad repetendum minimè necessaria.

ENCYCLOPÆDIA. CAP. VIII.

Non temere igitur Ægypti sapientes, Græcique antiquiores qui priusquam sophismata mortalium mentes implicuissent, simplicius ac forte melius philosophabantur, quarundam disciplinarum complexum Encyclopædiam vocaverunt: nempe quod per circulorum quorundam colligatione inter se copulata, ab ampliori quodam circulo complecterentur, cujus nomen est Theologia, intra quem tres alii circuli centris & circumferentiis adeo invicè compliciti designabantur, ut unius centrum alterius principium & circumferentia esset, in hunc scilicet modum. Per illos quidem interius ductos, alia quadam ratione, quam superius dictum sit ex Origene, humanas disciplinas indicantes, quæ moribus ratione rerum, quæ naturæ vi instituta, considerata, examinataque, mortalium mentibus infedere: per illum vero



A qui latiori ambitu exspatiatus, reliquorum centra & circumferentias in semetipsum amplectitur, divinam ostendebant. Verum eadem hæc Levitico intelliguntur ex ornatu Pontificio, qui totus est hieroglyphicus: ibi enim Pontifex humeros primum præcingi jubetur, hoc est, moribus optimis atque castigatissimis ornari, prava scilicet opera cohibendo, mox logium assumere, quod dubio procul rationis intelligentiam suscipiendam indicat, inde quam vocant Manifestationem, quæ quidem rerum est disciplina, videlicet Philosophia, per quam naturæ secreta omnia peruestigamus, & veluti Cerberum quendam ex imis penetralibus extractum in lucem exponimus: quarto loco veritatem, quæ dubio procul ipsa est Theologia. Observat vero Cyrillus ordinem in ornamentis his assignandis, quoniam non prius de ratione verborum disputare debemus, quam mores composuerimus, ne nos male imbuti animi pravitas à recto divertat, & vero cognoscendo minus idoneos reddat, neque rerum cognitionem prius aggrediendam, quam sermonum rationem prius intellexerimus, neque Deum & cœlestia contemplari posse nos manifestum, priusquam per mores, per rationem, per rerum cognitionem quosdam veluti gradus, per quos ad veritatem in sublimi confidentem erigi pos-

B simus, nobis præparaverimus. Ut vero alii rem copiosius tradidere, moralem in primis discere debemus, quæ in humana degendæ vitæ ratione modoque occupata est: effranis quippe excursionibus iræ, animisque contundendis, sordibusque omnibus excutiendis, quando memorabile illud in Divinis literis dictum, in malignum non intrare spiritum sapientiæ. Neque enim polluti, qui scilicet morali disciplina minus instituti essent, in tabernaculum admittebantur apud Mosem, sed cum plebe sub dio habitabāt, sese interim expiantes. Præcipue vero hoc præstare possunt oratoria & poetica facultates, cum Oratoris sit proprium, bonum esse virum, & Poetica, omnis laus & exemplar virtutis habeatur, ut Magnus Basilius inquit. Sed hæc dicimus ad eos, qui sunt adeo imbecilli, ut divinorum voluminū pondera sustinere nequeant, ideoque validiorē cibū omnē avertantur: quare modo per fabulas modo per historiarū exempla deducendi sunt. Quod si eveniat, ut tandē ablati firmitatē à Deo, & à fide consequantur, tunc hordeacei quinque panes, quinq; scilicet Mosaicæ, diceret Cyrillus, institutionis libri gultu asperiores, & pisces duo pro pulmentario, hoc est, Evangelica & Apostolica disciplina pabuli longe suavioris, satis superque futuri sunt ad omne bene instituti animi robur confir-

C mandum. Quamvis non desint, ut varia sunt mortalium ingenia, qui partem hanc de moribus (hoc est, *ἠθικὴν*) afferemus) & disciplinarum choro summoveant: tum quod mores ad cujusque populū libitum componantur, exemploque potius & usu ipso, quam ratione vigescant: tum quod non eadem apud omnes justitia, neque fortitudo, neque ullum fere virtutis genus, quod non alibi virtus existimetur, constareque prorsus id in opinionibus incolarum. Nam quod apud Athenienses justissima omnium est lex Pelargica, de parentum senectia renutienda, qua etiam apud Lacedæmonios nihil sanctius, apud Chios honestissimum atque sanctissimum habitum est, eos, qui sexagesimum ætatis annum implesent, trucidandos inter se publice committere: quo moris in Julidæ Co insulæ urbe Menander fuisse notat, ut aquad Stephanum, de quo plenius in Ciconiæ commentario. Quodque in hujusmodi dissimilitudinis sententiam in Institutis Theophili Græce legi, Athenienses advenas & hospites omni officii genere prosequerentur, apud se permanere adhortabantur, civitate donabant, ad honores & Reipubl. participatum cooptabant. Lacedæmonii contra advenas non admittebant, hospites unius tantum noctis mora receptos, urbe mox ejiciebant. Unde quod Paulus Jurisconsultus ait de candelabro argenteo in argentum relato, ideoque pro argento, non autem pro suppellectili habitum, indicat nihil aliud esse quam humanum placitum, totamque Jurisprudētiā in sola denique hominum voluntate consistere, roborarique.

DIALECTICA. CAP. IX.

Sed rem nos nostram prosequamur. Addiscenda statim à morali postmodum est rationalis disciplina, quam ipsam Dialecticam, hoc est, sermocinatricem vocant: quæ rationis turbas inter orationis pugnantias captionesque anxie tumultuantes pacifice componat, & clara nitidaque syllogismi serenitate tranquillet. Nam etsi mores Mosaici composuerant, essentque in sanctuarium recepti, sacra tamen nondum attrahabant, nisi prius dialectico famulatu seduli Levitæ sacris ministrarent.

Moralis in
primis discen-
da.

Hinc dicitur
παρα-
γοῦν.

Ac apud
Romanos
ex illis
liberis vel
parenti. 25.

Jurispru-
dentia ar-
bitraria.

Munus
propriū
Dialecti-
ces.

*Philosophia
naturalis
mundus.*

Naturalem inde Philosophiam aggrediebantur, quæ de mundo, aut de iis, quæ sunt in mundo, quærit. Hæc autem disciplina opiniones, lites & dissidia, quæ inquietum hinc inde animum vexant, distrahunt, lacerantque, molliter sopit atque componit, ut ita demum ad sacra admitti, nunc superioris regis multicolorem, id est, siderum aureum ornatum, nunc cæleste candelabrum septem luminibus distinctum, nunc pellicea elementa in Philosophiæ sacerdotio contemplemur.

THEOLOGIA. CAP. XI.

*Effectus
Theologia.*

Postremo Theologia est amplectenda, quæ, ut dictum est, omnes amplectitur disciplinas, cuius munus est solidam præstare pacem, quam neq; mores humanæ fragilitatis sanctissime quantitate libet instituti, neque colloquiorum curiosa cognitio, neq; naturæ totius pervestigatio præstare poterunt. Tunc vero pax hæc firmissimo nobiscum est fœdere sancita: cum motus omnino nullus adversus rationis imperium discessionem ullam meditatur: cum omnia cogitationum nostrarum dissidia composita sunt, sopiti sensuum impetus, discussa oppresaque penitus cupiditatum conjuratio. Hæc illa est Pythagoreorum amicitia, quam totius Philosophiæ finem autumant. Hæc nos in tempore adyta & adducit & recipit, ubi nullo imaginis intercedente velo, divinitatis gloria perstruamur. Per scalarum itaque gradus philosophantes, à centro ad centrum omnia pervadentes & quæcumq; sunt in unum contrahentes, nunc unum quasi Osirin (admirandus diceret Picus) in frustra plurima vitæ tanica discerpentes, ire pergamus, donec in sinu patris, qui supra scalas est, tandem quiescentes, Theologica felicitate consummemur, individuaque mox copula complexive non modo Deo conciliemur, sed admirabili quodammodo unum penitus evadamus. Ut vero quædam à Picus sententia non aliena subjungamus, à quatuor his doctrinæ partibus circumdari Deum, Maximus Tyrius nihil videtur intelligere. Circumdatur autem is, qui coram, retro, ad dexteram, atq; ad sinistram, aliquos habet circumfusos. Eorum vero qui Deum circumdare videantur, illi retro esse dicuntur, qui per virtutem illam, quæ ad actiones pertinet, Deum sequi persequuntur. Ea vero plurimum in moribus sita est. Dedit autem is exemplum nobis, ut quæ ipse egerit, imitemur. Ad sinistram illi constitui videntur, qui naturalem secuti Philosophiam, usum ejus in spiritualem dirigunt intellectum, perq; inferiores indaginem, ad superiorum cognitionem pervenire conantur. Ad dexteram illi esse intelliguntur, qui sublimium, & à materia separatarum, humanumque visum excedentium, rerum scientiam perscrutantur. Coram denique Deo eos esse dicimus, qui ob immensum divinæ pulchritudinis amorem digni effecti sunt, ut Dei ipsius conspectu perpetuo perfruantur, facieque quodammodo in faciem intenta, veræ felicitatis participes dicti, dii quoque & ipsi fieri mereantur. Ea enim perfectitate tetradæ, ut Pythagoræ vocabulum interim usurpem, riteque instituti, animam undecumque puram, sanctam & immaculatam Deo videntur asserere: atque ita merite optima; manifestissima scientia, opinione firmissima, sensuque absolutissimo præditi, soli hominum super hominem evecti, terque quaterque beati efficiuntur.

*Quibus
Deus circumdatur,
& quomodo
do.*

TRIAS. CAP. XII.

*Disciplina
vni discipulo
falsa à Sa
lom.*

Quatuor itaque circulis hujusmodi describitur institutio, in quatuor ipsa divisa partes. Sederunt Salomon, qui, divino afflante Spiritu disciplinarum ordinem primus excogitavit, quem plerique Græcorum sapientes, qui ejus inventa sibi vendicant, non temere secuti sunt, tres tantummodo totius disciplinæ partes agnoscit, moralem, naturalem, & contemplativam, quas per tria identidem volumina pertractavit, Proverbia, Ecclesiasten, & Cantorum Canticum: mores utique per Proverbiorum præcepta docens, naturam rerum per Ecclesiasten, per Canticum autem speculationem. Neque etiam Logicen distinctam ab his portionem arbitratus est, quæ in unaquaque disciplina per se ipsa conferitur, & instar staminis ad firmitatem contexta, cujuscumque subtegminis laborem admittit, sive pexum, sive plumatile, sive beluatum opus intexere volueris. Nam cum institutio omnium per sermonem fiat, quomodo quispiam probabilem sermonem suum efficiat, nisi ita loquatur, ut ipse rei, quæ in promptu est ratio, verisimilitudo, ipsa denique veritas deponere videatur? Unum

A quemq; igitur sermonem dirigit Dialectica. His similia videntur, quæ de Deo Abraham, Deo Isaac, & Deo Jacob habentur in sacris literis. Nam quod Abraham ubique locorum se morigerum & obsequentem Deo præbuerit, moralem innuit. Isaac, dum scientiæ puteos fodit, profunda que & abdita quæque rimatur, naturæ indicat Philosophiam. Contemplationis vero munus Jacob ostendit, tum ex ipso nomine, quod Israel ob divinorum contemplationem appellatus fuit: nam mentem, quæ Deum intueatur, nomen id significat: tum ob inspecta cæli castra, Dei sedes & Angelorum vias, scælas quippe à terris in cælum usque surrectas, de quibus in hanc omnes sententiam tam Hebræi, quam Græci, Latini que Theologi plurima disputarunt. Quinetiam ipsa elementorum natura, quandam ^{per quatuor elementorum naturam scientiæ figuram} illiusmodi institutionis figuram ostendere videtur, terra scilicet. una cum aqua, inde aër & æther, quorum elementorum natura scientiæ figuram ostendit. Quinetiam ipsa elementorum natura, quandam illiusmodi institutionis figuram ostendere videtur, terra scilicet. una cum aqua, inde aër & æther, quorum elementorum natura scientiæ figuram ostendit. Quinetiam ipsa elementorum natura, quandam illiusmodi institutionis figuram ostendere videtur, terra scilicet. una cum aqua, inde aër & æther, quorum elementorum natura scientiæ figuram ostendit.

B varios aut hortentur ad imitandum, si præclara sint, aut absterrent à perperam factis, si male tractata male ceciderint. Hoc vero amplius, aquæ variis ventorum flatibus agitata, mores in humana natura varios & inconstantes indicant. Quo igitur pacto cogitationum procellis, & consiliorum tempestatibus obviam ituri simus, per orationis fluxum institutio moralis edocebit, atque pars hæc illa est, quam Ethicæ Græci dicunt, quam unusquisque hominum debet secum diligenter examinare, inde sibi, & suis, & patriæ, & universo demum mortalium generi profuturus. Terræ pariter atque humori undequaque circumfusis aër, atque una cum duabus, quæ simul adhærescunt partibus, nascentium omnium atque morientium naturas amplectitur: atque ita aër naturalis indicium est scientiæ. Extra hæc omnia, quæ variationi sunt obnoxia, æthereus ille ardor igneus est, in empyreum usque cælum, ut multorum sapientium est opinio, diffusus, quæ quidem est naturæ divinæ contemplatio, quam Græci Theologiam nominant, ultra quam nullus procedit intellectus. In qua quidem divisione, Dialectica non immerito præterita est, cum ea minime particularis scientia esse videatur, sed tanquam spiritus harum unicuique partium insita, coalitave: per eam enim historiam scribimus verisimilem, per eam morum rationes varias edocemus, per eam naturæ vim perscrutamur, per eam demum ipsam divinarum rerum imaginem intelligimus. Quare, uti superius dictum, etiam illi, qui disciplinas ad elementorum similitudines diviserunt, Dialecticam, utpote quæ cujuslibet institutionis ministra sit, in partem non admiserunt.

DE IIS, QUÆ PER COELUM ROREM PLUVIAM ET ALIQUOT
AQUARUM GENERA SIGNIFICANTUR.

CAP. XIII.

Aegyptii quidem de disciplinis hoc modo in univèrsum differere consueverunt. Quatuor vero illas, Arithmeticam per surrectos digitos, Geometriam per arundinem, Musicam, per dentes IIII. lingua percussos: Astrologiam, per maculosam hinnuli pellem, & figuras alias indicatas, nunc omittimus, quod aliis ea commentariis sunt à nobis explicata. Atque ut susceptum semel negotium peragamus, quamvis alia nunc circumacti via eandem tamen metam contingere procurabimus.

D Theologi siquidem nostri cum antiqua Aegyptiorum dictata conspexissent, qui cælum imbre rorulento liquidum in doctrinæ significatum pingere instituisent, Mosemque ex ea, quam adolescens in Aegypto didicerat lingua, figuris huiusmodi passim usum animadvertent, ea multa, quæ de pluviiis, de fontibus, de fluminibus, de mari, deque aquis reliquis passim in Divinis literis reperiuntur, ad huiusmodi vetustatis exemplum interpretati sunt: quorum ego commentationes prosequutus, aquarum de doctrina significationes, post Aegyptiacas illas explicare congruum existimavi.

INSTITUTIO. CAP. XIV.

Uti igitur præfati sumus, cælum Aegyptii rore pluviam cum pinxissent, disciplinam institutionis, quæ laborem & operam intelligebant: mira etenim est utriusque rei similitudo. Nam veluti ^{Roris & disciplinæ similitudo.} ror in herbas, frutices, plantasque omnes decidens, ea omnia quæcumque molliri apta sunt, humectat, pascit, ^{quæcumque molliri apta sunt, humectat, pascit.}

pascit, & liberaliter educat: contra vero in iis, quæ natura proprietateq; sua obdurata, dura, solida atque repugnantia fuerint, proficere nihil quicquam potest: ita in hominibus erudiendis instituentibusque evenit, quorum ii, qui prompto, acuto, & docili sunt ingenio, minimo negotio erudiuntur: contra vero si plumbeum & obtusum, atque honestis artibus & disciplinis aversum, insititue aggrediaris, nihil profus efficias: invita siquidem Minerva nihil recte fieri, dicere potest, ut apud Horatium. Ita demum disciplina contumacem nata naturam, frustra omnino laborabit, sed idonei fundi compos, latissima frugis opulenta latabitur. Sane Pindarus ejus rei, quæ plurimum ad fecunditatem faciat, ratione habita, irrigationi similem esse laudationem dixit. Nam quemadmodum illa plantarum vim auget, & ut latius proveniant efficit: ita virtus dignis Poëtarum scriptis commendata mirificum suscipit incrementum: laudatam enim virtutem crescere, vulgo etiam dicitur: contra vero loca, quæ aquarum beneficia non suscipiunt, plurimum infœcunda sunt. Et Divinæ literæ ubi agri cupidiam sterilitatem, desertaque & inhospita tesqua notare volunt, in aquosum dicunt, ut Psalmo 77. *Exacerbaverunt altissimum in inaquoso*: eodemque modo sæpius. Quod vero facit ad doctrinam sapientia ve significatum, in iisdem literis, cum Psalmographus de stirum in Adventu Christi promptuarium illud vaticinationis domum prævideret, neq; divinationem ipsam quicquam amplius producturam, Psal. 106. terram frugiferam in falsuginem vertendam oraculo haudquaquam vano prælegit. Marina autem aqua *ἁρνευγὰς* Homero dicitur, quod nullum ex ea fructum possis decerpere, propterea quod adeo est falsuginosa,

Lib. de arte poet.

Irrigationi: miiis laudatio.

Infrugiferam in regum fructum significat.

DOCTRINA GENTIUM. CAP. XV.

Ejusdem falsedinis atque amaritudinis causa, marina aqua doctrinam gentium significat: propterea quod sine fructu esset, propter rerum quæ sacris ejusmodi adhibebantur amaritudinem, intractabilis, dum neque quidem humanis hostiis abstinebant, & alia dictu fœda faciebant, sceleraque ac turpitudinem omnem diis etiam suis adscribebant: quorum exemplo lascivire, & mollia quæque sectari mortales sibi permitterent. Tot præterea deorum marinorum lusus nihil aliud sunt, quam mera lascivia; profanis quippe & impuris ea dulcis & delectabilis, piis vero *syncerisq;* invisa & amarissima. Forte autem Herculis columna in habitabilis terræ finibus erecta, virtutis documento sunt, non esse à duris terræ laboribus ad undarum molliem atq; lasciviam dilabendum. In has autem aquas Abacuc Propheta armentum à Deo inducendum canit: accessurum quippe cultum, & polituram, hoc est, Apostolos per omnem terrarum orbem profecturos, qui omnia committigarent, mansuefacerent, & habitabilia frugiferaque redderent, amaritudinem omni dulcium aquarum corrigio delinita.

Herculis columna.

DOCTRINA COELESTIS. CAP. XVI.

Pindarus plerisq; locis hieroglyphico utitur hoc dicendi genere, ut cum canit, *χαριτων ἀροισι* *καὶ ἰσθ' ὀρέσσω*, hoc est, optimo pulcherrime Gratiarum rore irrigant, id quod odorum luculenta lepiditate dictum interpretes exponunt, ut denique per rorem eloquentiæ leporem intelligamus. Sed quid egemus Pindaro, cum Mosem audimus cælum ad audienda, quæ loquitur, ac terram etiam ipsam invitantem, doctrinamq; suam uti pluviam concrefcere augurantem, eloquium uti rorem pluere meditantem, esseque quasi imbrem & stillicidia super herbam & gramina, quæ manibella sunt doctrinæ coelestis symbola? Quin & Angelici chori Aquæ vocabulo designantur, ut Psalmo: *Et aqua, quæ super oculos sunt, laudent nomen Domini*. Unusquisque autem Prophetarum simulacros adaperuit, terram irrigat universam. hoc est, ut interpretatur Adamantius, disciplinam in aures, & in corda hominum infundit. Davides autem noster per lignum propter aquarum fluentia plantarum, fertiferum & opportuno proventu lætum reddi, hominem intelligit, qui divina præcepta susceperit, quibus ingenia non aliter quam plantæ aquis irrigantur. Sane Moyse divinitus ab aqua nomen inditum facile crediderim, qui uberrima divinarum humanarumque rerum omnium doctrina mortale genus in æterna esset secula instituturus. Moys enim Aegyptiis aqua dicitur, quamvis eventus nominis causam dederit, quod à Thamara Pharaonis filia ex profuente, in quem à parentibus acerbissima edicti regii metu projectus erat, Divinæ ita providentiæ commendatus, in cistula jacens exemptus esset.

Symbola coelestis doctrina. Psal. n.

Moyse enim aquaticum, vel assumptum de aqua sonat.

A effec. Antiquitas demum tota disciplinam aquis comparavit : hinc Pegaseus, hic Castalius fons, hinc unda Cephisides, hinc Permessus, Ilissus, Termessusque fluvii, totaque, ut semel dicam, Aonia aquis irrigua : unde, ut fit in fabulis, non tamen inanibus,

Vatum Pieris omni rigantur aquis.

Apud Virgilium cum Damocetes & Menalcas ingenii & artis doctrinaeque suae periculum alternis cantando fecissent, Palamon utriusque virtute commendata, demum ait :

Clandite jam rivus pueri, sat prata liberunt.

Musica porro Pindari commendatores, ex aqua fieri autumant. Et Varro tres Mufas ponit, unam quae mera tantum voce consistat : alteram, quam aeris icti sonus efficit : tertiam, quae ex aquae motu nascitur. Hinc percussa juvant fluctu littora, hinc dulce etiam petra rivus, qui stillat ab alta, ut Theophrastus dicitur. Cum vero tam nostri quam Aegyptii pluvias plurimum in doctrinae caelestis significatione acceperint, causa ea esse videtur, quod imbres longe fecundiores aquis aliis esse, magis que nulli acci-

Quere pluvia pro doctrina caelestis acci-

lum dixit : propterea quod ut interpretes ejus ajunt, & Virgilius affirmat,

Plurimus ut caelo descendit Jupiter imbris,

Omnia terra nascens fecundantur. Hinc Menander :

ἔγγ' ἰδὲ ὀμβροῦ γαῖα,

Amore tellus imbrum peruritur.

Eodem modo doctrina ea, quae caelitus instillatur, longe fecundior est, quam quae ab hominum opinionibus emanavit. Hujusmodi autem imbribus affluenter omnes alluimur, quicumque Christianam sequimur institutionem, ex quo tempore super Hebraeos decidere olim desiere : quod non temere praemonstratum libro Judicum eo loco legitur, ubi Gedeon Ephraimita, qui & Hierobaal, Madianitarum Amalechitarumque & Arabum viribus Israelitas omnes opprimentibus, signum petiit à caelesti numine, quo se populumque adhortaretur ad virile aliquod facinus aggrediendum, & se suosque de montium solitudine liberaret, in quibus, patriis expulsi finibus, extorrem vitam, rerum omnium in-

Copia laborantes, agitabant : excitationis itaque Gedeon oraculo minime contemnendo, cui tamen haud facile fidem adhibuerat, ob ita accifas res, ut facile esset omnia desperare : *Sequar te*, inquit, *sanctissime* tua erga nos propensa voluntatis signum id affectus, si vos scilicet ceciderit super lanae vellus in arena stratum, & terra circum arida persistierit : id quod uti petierat, factum est. Subjecit mox Gedeon attestatum : *Siros*, inquiens, *super terram deciderit, eaque tantum aspersa, stratum vellus minime madefecerit* : cui petitioni Deus, cum iterum annuisset, plenus animis negotium aggressus, victoriam est felicissimam consecutus. Hic, ut interpretantur sapientes, vellus lanae populum indicat Israeliticum, terra vero Gentes reliquas ejus eo tempore pietatis ignaras. Qui vero ros caelitus decedit, Dei doctrinam ostendit, quae prius Israelitis divinitus indulta est : hos enim solos ros Divinae legis prius irrigabat : reliquus autem terrarum orbis nulla istiusmodi humoris Gutta madefactus, arida prorsus succitate laborabat. Postea vero quam secundum accidit postulatam, aruit vellus, terra irrorata est : Hebraeis quippe adempta est Prophetarum pluvia, nobis vero per Christi doctrinam divini eloquii fontes adaperiti. Tale aliquid tangit Chrysostomus Psalm. 71. sed rem copiose tradit Adamantius. Eodem modo

D Tertullianus etiam interpretatur locum illum, *Et mandatum est nubibus ne pluerent imbrem super vineam Soreth*, h. e. caelestibus beneficiis, ne provenirent in Israelitis domum : subtractis enim charismatum roribus, lex & Prophetiae cessaverunt, neque ultra Joannem processerunt. Quod vero ad Gentes facit, assentitur huic sententiae Cyprianus, qui praenunciasse Deum per Prophetam ait, apud Gentes in locis, quae in aquosa prius fuissent, flumina postmodum redundatura : & Christum ait, ut doceret, ostenderetque futurum, ut populus Gentium succederet, & in locum quem Judaei perdidissent, merito fidei perveniret, de aqua vinum fecisse, ut ad Christi quippe & Ecclesiae nuptias Judaeis, qui fuerant invitati, venire cessantibus, eventurum ostenderet, qualiter non temere, neque contanter plebs Gentium e plateis & triviis, ut se quisque obtulerat, convocata conflueret & conveniret : vinea enim Domini Sabaoth domus erat Israel. In eandem significationem aquam vino instillare institutum sacrificii-

Aqua vino mixta quid in sacrificiis



cio nostro, quæ modico temporis momento vinum fiat, ut receptos ad nos populos sentire & facere nobiscum intelligamus. Quamvis longe sublimiore significato, preces quæ huiusmodi mysterio adhibentur, humanam naturam indigent aggregari ad divinam, uti divina humanam ad se traxit. Hinc Irenæus de Ebionitis loquens, qui unionem Dei & hominis non recipiebant: *Reprobant, inquit, hanc commissionem vini celestis, & sola aqua seculari potari esse volunt.* Alio tamen modo sententiæ; longe faciliore aquam vino mixtam ajunt ab Esaia, *Caupones tui miscent vinum aqua, ut id scilicet et innueres,* quod austero amariorique Dei præcepto, jam tum Judæi illi seniores aquæ dilutionem immiscere cœpissent, multaque laxare, & in commodum suum indulgere sibi, legem adulterantes, cum alioquin legem observare fingerent, & quæ minimi momenti essent, religiosissime custodirent, quod eis pluribus objectum est à Domino; ut de menthæ decimatione, & cameli devoratu, tum illud aperitissime:

Capit. 8.

Matth. 15.

Quare vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram? Nam, ut inquit Irenæus, non solum per pravaricationem frustrati sunt legem Dei miscentes vinum aqua, sed & suam legem contrariam statuerunt, quæ Pharisæica vocabatur, in qua quædam quidem auferebant, quædam vero addebant, & ex libidine sua interpretabantur: & ut ait Esaia, & Psalmographus subscribit, labis Deum honorabant, cor autem eorum à Deo procul abest, eumque frustra colebant, cum doctrinæ & præcepta hominum edocerent.

AQUÆ RELIQUÆ. CAP. XVII.

Aquarum
distinctio.

Quoniam vero variâ admodum est aquarum consideratio, operæ pretium videtur priusquam huic commentario finem imponamus, aquas distinguere, singularumque; mox specierum significata pertractare. Primæ autem omnium videntur esse pluvia, de quibus abunde est à nobis disputatum. His nubes necessario conjunguntur, harum igitur significationes statim subjiciemus. Subsequuntur inde fontes, mox fluvii, in quos naturæ ipsius impulsu torrentes inferentur, dein confluentia erit cataraeta. Hinc se offeret mare vastum & magnum, cujus pars nobis erit præsulcanda, hæc demum, quæ in conspicuo sunt enumeratis, descensus erit in abditam puteorum profunditatem. In universum autem aquæ singulæ, vel limpida, tranquillæque reperientur, vel turbida atque procellifera, quo constituto, singularum hieroglyphica commodius exequemur.

NUBES PROPHETÆ. CAP. XVIII.

Nubium
hieroglyphica.

Cap. 5.

Nubes in Divinis literis Prophetarum significato passim posita, in quas scilicet Dei veritas extenditur, atque hæc dicuntur mandatum Domini audire, & quo tempore quoque loco pluvia sine obfundendæ cognoscere, & à quibus etiam eas suspendere ipsa res exigat. De quibus, uti superius habebitur, Esaia, *Et mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem.* Domum enim Israel vineam appellat Vates divinissimus, mandatumque ait nubibus ne super eam pluerent, hoc est, ne Prophetæ oracula sua ulterius in Israeliticum populum conspergerent. Quod autem ad nubem facit, manifestum est eam fuisse multa obscuritatis caligine circumfusam, arcanumque; illud de Christo mysterium, unde nostra omnis doctrina defluxit, per tenebrosas aquas, densissimis quippe nubibus collectas, Psal. xvii. indicari Theologi monuerunt. Nam ubi, *Et nebula pulvis pedum ejus,* Eucherius nebulas pro mysteriorum velamento hieroglyphice positas ait. Nam & caligo in id accipitur significatum: uti pote quæ divinorum secretorum operimentum intelligatur, ut Psal. *Caligo sub pedibus ejus:* atque ubi: *Posuit tenebras latibulum suum.* Est & ubi significant perperam admissorum abolitionem, ut apud Esaia: *Delevi ut nubem iniquitatem tuam, & quasi nebulam peccata tua,* Eucherius idem, ubi legitur: *Velut nubes pertinuit salus mea,* iniquorum ait tempora significari. Quinetiam propter eandem Prophetæ duritiem atque difficultatem, doctrinamque; solido velut quodam corpore concretam acerrime disfluentem, ex grandinis metaphora signatam Psal. vii. viri iidem divina mente prædicta didere. Alioquin nix, glacies, & grando in Divinis literis plurimum ponuntur pro duritia atque rigore delinquentium. Et quod ait Dominus, *Omne ne fuga vestra fiat hyeme vel Sabbato:* sunt quæ peccatorum immunditiis occupatam, scelerumque voraginibus immerfam atque detentam; per Sabbathum autem, cessationis diem innui vere dicant, cavendum idem tamen ne cum dies illa ingruerit, desides & à bonis operibus cessantes deprehendamus. Non enim sufficiat non peccare nisi bona etiam

Psal. 17.

Cap. 44.

Matth. 24.

A etiam opera faciamus: quia tam rebellis est vetita consecrari, quam contumacis facienda relinquere. Ac de nive, & omni glacie, sentit idem Eucherius: de pruina vero secus, quippe quam abstinentia symbolum esse tradit, propterea quod ea sit in causa, ut calor corporis ad salubritatē refrigerat. *Pruina ab abstinentia symbolum, quare.* eaq; de causa dictum, *Factus sum sicut iter in pruina.* Et quoniam huc incidimus, LXVII. Psalmo ubi legitur, *Et virtus ejus in nubibus*, Theologi Apostolos idem idem per nubes interpretantur, veluti procul extantes, & supra terrena omnia negotia in altum erectos, diviniq; insuper spiritus aqua plenos, qua mox arva, campos, & universam terram inundarent, unde fecundissimos bonorum fructuum proventus obveniret. Hujusmodi enim pluviam decidere, & rotulentum imbrem terram irrigare, nostra pietas per preces polcere consuevit.

FONTES LIBRI. CAP. XIX.

SEquuntur fontes, de quibus Psalmo sexagesimo octavo legimus, *Ex fontibus Israel Dei laudes in ecclesia emanare*: quod ita Theologi accipiunt, ut intelligamus, ex Legis & Prophetarum libris veluti ex quibusdam fontibus perennibus, Israelitico olim populo Dei doctrinam atque cognitionem affuisse: ex quibus fontibus viri illi sanctissimi ac Deo pleni multa haurientes, hymnos in Dei laudem componebant. Apostolus etiam, primos Christianæ pietatis doctores à Christo electos, per aquarum fontes, qui repente apparuerint, interpretes plerique designarunt, ubi Euthymius unanimem veterum sententiam secutus, & penumero ait per Aquam, Evangelicæ prædicationis doctrinam significari. Jam quod David ait, *Inter montes transibunt aqua, potabunt eas omnes bestie agri*, O. *Psal. 104.* stendere voluit, nulla tam alpètria, tamq; inaccessibleia loca fore, in quæ doctrina Divinæ legis non sit penetratura: nam per bestias pleriq; sacre Scripturae locis impii ponuntur, & qui nullam adhuc rerum divinarum doctrinam audierunt. Et quod Levitico legislator vaia omnia pollui dicit, in quæ pollutorum morticinum inciderit, exceptis, inquit, fontibus aquarum, per fontes quippe & cisternas, & castella, & collectiones aquarum, doctrinam intelligens, & Magistros, qui quod pravis nonnumquam moribus polluti sunt, non tamen prorsus abominandi: de quibus scilicet Matthæus, *Omnia quacumq; dicunt vobis, facite & custodite, secundum autem operum eorum nolite facere.* Ad hæc sextis Hebraeorum castris per xxi. aquæ dulcis fontes ad Elim repertos, Hieronymus Apostolos xii. interpretatur, de quorum fontibus derivata aqua totius terrarum orbis siccitatem rigant. Communi vero scriptorum omnium consensu, dulcedo aquis præcipue fontanis attribuitur, quamvis in optima aqua neque sapor neque odor ul' us à Phycis requiratur. Quia tamen sitientibus, cum scilicet sicco spuit ore viator, aquæ potus suavissimus accidit, factum ut Poeta *dulcis aqua saliente sitim restringere vivo*, *Virg. Ecl. 5. Deut. 32.* inter objectamenta ingenii posuerint. Ita illud Deuteronomii cantico expressit, mel de petra dictum super Mose, hoc est, tam suavem tamque dulcem & amabilem aquam, ut melli similis esse videretur. Chrysofomus quoque aquæ suavitatem pro melle ex petra profliente intelligit, cum nusquam legatur mel à Mose de petra unquam educum. Apud Davidem vero Psalmo lxxxii. *Educto de petra melle saturavit eos*, Interpretes ita dicunt: *Pavit Christus quatuor millia hominum septem panibus, quia potavit eos mellita doctrina sua usque ad saturitatem.* Res enim omnes ab eo gesta, præter historiam, mysticum etiam sensum secum trahunt. *Quam dulcia (canit pietas) faucibus meis* *Psal. 119. 1. Cor. 10. Psal. 41.* *eloquentia tua! super mel ori meo.* Petra igitur illa unde fluebat aqua, ut Apostolus ait, erat Christus. Atque hic fons ille fertur, de quo cecinerit David: *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum.* *Zach. 13. Hierem. 2.* Zacharias patentem fontem dixerit apparitum: Hieremias fontem aquæ vivæ derelinquendum conqueratur.

FLUVII CHRISTUS. CAP. XX.

SEdenim in fluviorum metaphoris longe frequentius est in Divinis literis Christi significatum, ut Psal. xlv. *Fluminis impetus lætificat civitatem, quam incolit Deus, ubi nostri Theologi flumen Christum esse dicunt, propter ducissima ejus fluentia, de quibus Psalmo primo multa disserere.* Hinc apud Prophetas legas: *Ecce ego ad eos de labor quasi tranquillum flumen.* Et Eccl. 24. *Ego sapientia effudi flumina: ego quasi trames aqua immenso de fluvio: ego quasi fluvius Doris, & sicut aqua ductus exi de Paradiso: & quæ sequuntur in hanc sententiam.* Quinetiam ait Dominus, *flumina aqua viva de ventre*

Psalm. 97. ventre ejus, qui crediderit emanatur, quo sapientiâ & facundiam intelligit volui, Ambrosio interprete quam assecuti erant ii, qui divino afflari Spiritu meruissent Itaq; Apostolorum doctrinam & institutionem prævisam à Psalmodographo, Theologi eo loco volunt, ubi, *Extulerunt flumina Dominus, extulerunt flumina voces suas*, habetur. Et per amnes, qui per eosdem alveos decursuri erant, subsecutos Doctores accipiunt. Non negarim vero quod tradit Eucherius, flumina nonnumquam pro populo accipi, qui nondum in fidelem receptus esset, in quam sententiam corrivat ille *flumina Babylonis*, Jam & Apoc. 17. *Aqua, quas vidisti, super quas meretrix illa sedet, populi & turba & gentes sunt, & lingua*, Eisdem tendit Efaiz dictum, cum *Beatos* appellavit eos, qui *super omnes aquas seminarent*. Apud Abacucam Prophetam legas, *Fluminu terra scindetur*, quod de Hierosolymis dictum Græci tradunt, quæ scilicet fuerit Prophetarum patria, qui fluminum instar eam irrigabant, sed ad Jesu Christi adventum hiatura esset, & rimis aperienda, omnisque humos alveo ita fatiscente defluxus, penitusq; defecturus, futurum scilicet ut pristina exaresceret vaticinatio, quod eventus comprobavit. Quod vero septimo supra centesimum Psalmo legitur, *Deserta reddidit flumina, & aquarum fluxus in sitim transmutavit*, flumina scilicet exsiccat, & quæ terra prius erat irrigua uliginosaque, ita deserta reddidit, ut prorsus sterilefceret; & aquarum venas abundantes ita obtura vit, ne ulla inde potio, sed sitis potius proflirent; Euthymius Græcus ipse ad Græcos Philosophos referri dicit, qui scilicet cum eloquentiæ quasi fluminibus & disciplinarum varietate & copia redundarent, omni demum sapientia destitui visi sunt, cum illiterati ac piscatores homines eos reprefferunt.

TORRENS, CAP. XXI.

Eloquentia descriptio. **A**ccedit huc torrens, cujus significatum ita refertur ad eloquentiam, ut torrens facundia veterum scriptorum sententia dicta sit ea dicendi vis, quæ magno dictionis impetu decurrit, quam in Pindari comendationem ita describit Horatius:

Carm. l. 4. Od. 2. Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super rotas aluere ripas,
Fervet, immensusq; ruit profundo
Pindarus ore.

In Divinis vero literis mentio fit de quodam deliciarum torrente, Psalm. supra xxx. quinto pro qua plenissima Christianæ doctrinæ fluente intelliguntur. Torrentem autem dixit Psalmodographus, ob tempestativam doctrinam, quæ à Christi ore loco & tempore disfluebat, propterq; ejus in suadendo & arguendo vehementiam, affluentissimamq; vim. Quin & propterea ea multa, quæ de prophetis sermonibus collecta in unum adducebat: fuit enim ad tempus torrens, & vehemens est ac violentus, & ex multiplici aquarum concursu corrivatur, unde ait Eucherius, per torrentes insignium prædicatorum eloquentiam significari. Alioqui torrens in iisdem Divinis literis pro concupiscentiæ stimulo ponitur, quæ vel difficulter superetur, vel in profundum trahat, de quo plura inferius.

Psalm. 125. Nam hic præterire non est animus locum in Palmo, *Sicut torrens in Austro*, quam exultantis esse vocem, inquit Eucherius, & ex vitiorum vinculis ad libertatem conversionemq; redeuntis, qua postulat, ut Divinæ aspirationis auxilio atq; ope, peccatorum captivitate solvatur, sicut contricti glacie torrentes Austri tepore solvuntur.

CATARACTA, CAP. XXII.

Cataracta descriptio. **E**st & Divinarum literarum proprium, vehementiam vel in sermone, vel in opere, aut alia quæpiam vi, per cataractam significare: atque hæc ea est cataractarum vox, cujus mentio habetur Psalm. 41. Est vero cataracta, a quatuor alvei coarctatio, ubi aqua in augustum vel natura, vel arte collecta, aut sponte, aut artificis arbitrio, magno inde impetu atq; etiam fragore prorumpit. Sedenim quæ à natura est cataracta, nihil aliud quam strepitum & impetum præ se fert, eaque est naturalis eloquentia sermonisve copia, nullo studio, sponte profluens. Quæ vero arte constituitur, vim & efficacem operum utilitatem suggerit: atque hujusmodi est dicendi facultas, arte labore, diligentia, judicio atque exercitatione comparata.

MARE.

Quemadmodum autem fontesque fluviique omnes in mare decurrunt, ita nos dictionis ordo devexit in pelagus. Ut vero loco hoc ea prætereamus, quæ multa super mari ex Ægyptiorum doctrina in Pisce disseruimus: contenti nunc erimus aliquot locis, quos ex Divinis literis eruimus.

PERDITIO. CAP. XXIV.

Id vero cum primis proprium est maris significatum, ut perditionis indicium sit. ob ipsam quippe profunditatem: utpote quæ idonea admodum sit ad suffocandum. Quanquam alia de causa Mare apud Ægyptios pro pernicie ponebatur, ut suo loco docuimus. Quod ad perditionem attinet, eo significato Theologi Prophetam ajunt Psalm. xvii. canere, se de aquis multis educum. Passim vero interpretes, Exundantes fluctus pro Calamitatum excessu accipiunt: & per turbulentas aquas suprema quedam doloris ostenditur vehementia, quæ omnem respirandi facultatem exuperat: ut Psalm. 68. affixum se clamat in profundo luto, unde nulla se vi possit expedire, rapidissimis demum vorticibus advoratum, in imam maris sedem dejectum esse: in quem usque locum tempestas etiam accedat, quæ arenas omnes æstu commisceat atque perturbet, qua quidem nulla major describi potest inquietudo: primo enim aquarum, in quas deciderit, ponit altitudinem, mox limum cui affixus inhaerescat, inde maris amaritudinem, & immensas undas, postremo eas sævis tempestatibus agitata: merito itaque paulo post se de profundo hujusmodi liberari supplicat, ne tanta rerum vexatus perturbatio ne deficiat.

HOSTILIS IMPETUS. CAP. XXV.

Apud eundem hostilis impetus, & subitanea quædam oppressio, per aquam indicatur, Psalm. 123. Cum exacerbatus eorum furor in nos debaccharetur, sive aqua demersisset nos, quod ut magis exasperaret, addit, Torrentem pertransiit anima nostra, ubi impetuosos inexpectatosque hostium insultus incurfu repentino proruentes, torrenti turgido comparavit, quem tamen auxilio Dei fretus tuto pertransierit: & quasi parum adhuc dixisset superaddidit. Sane pertransiit anima nostra aquam intolerabilem, ingentes quippe rerum difficultates atque pericula. Tale aliquid apud Maronem legas:

Diluvio ex illo tot vasa per aquora velli.

Idemque alibi nubem belli dixit, utrumque desumptum ex Pindaro. In Isthmiis enim ἐν πολυφύρῳ αὐλαίς διὰς ἡμεῶν. & alibi διὰς ἐν ἑσπέρῃ φέλα. Apud oratores historicosque, turbines & procellas sæpe pro bello positas invenias. Causa vero cur aqua vehementiores indicet ærumnas, ea est, quod pericula casusque reliqui corpus soleant ex una aliqua parte labefactare: aqua vero universo statim corpori circumfusa, omnibus evestigio membris impedimento est, atque undique oggerit difficultatem atque molestiam.

ÆRUMNÆ. CAP. XXVI.

Hinc Psalm. 87. ubi legitur: Omnes fluctus tuos induxisti super me, interpretes per fluctus, perturbations & ærumnas omnes intelligunt, quæcunque affligere possunt humanum genus, quibus omnibus Christi esset humanitas obnoxia: in ejus enim persona dictum id autumant. Fluctuare autem verbum sæpe pro Perturbari ponitur. Sedenim aliquando pro timore posita fluctuatio, ut Psalm. 61. Ecce enim ipse Deus meus, & adiutor meus est, quare non amplius fluctuabo: id est, nihil est quod ulterius pertimescam.

DILUVIUM. CAP. XXVII.

Accedit huc diluvium, de quo Psalm. 28. Dominus diluvium inhabitare facit, sive ut alii reddidere, Diluvium sedat, vel, Tempore diluvii regnum obtinuit. Utrumque significatum ad humanam pertinet salutem, quoniam hic gentes intelliguntur, quæ suarum inundatione cupiditatum, in vitiorum pelago, & humanorum affectuum voraginibus demersæ definebantur, quæ mox à Domino exemptæ servatæque sint. Alio vero loco, Psalmo quippe 31. habetur, Diluvium aquarum multarum proxime ad eum non accedat: per hujusmodi aquas supra modum exundantes, tum scilicet excrefcentia ripas flumina prætereunt, vel mare turgidum per littora spatiat, quas supra memoravimus calamitates intelligi voluit. Ita Euthymius & plerique alii sentiunt.

Ppp

ABYS.

Sic Plautus in Asinaria lenam & scortum mare vocat. Sic de his, qui emerserunt e periculo, Ex-vos πηλας πῶδας ἐχέτε. Extra ludum pedes habes. Sic illud Demosthenis de coronis, ὡς ἐπεχέμεθα ἡμᾶς ὡς ἄνθρωποι τῶν ἰσχυρῶν. Antid. l. 7.

*Abyssus a-
byssum in-
vocat quid.
Vel potius
malorum
abyssus,
καυλω
βάθος, &
αβυσσος.*

Eodem modo, ubi fit de abyssu mentio, vastum calamitatis pelagus figuratur, ut Psalm. *XXI. abyssum* *abyssum invocat*: quod ita accipiunt, profunda atq; vasta calamitas vastiorem aliam semper vocat calamitatem, quod alii dixerunt *Malorum hydrum*, cum scilicet averse res cladesq; continenter ingruunt, ac velut unda supervenit undæ, aliæ post aliam succedunt. Sunt qui dictum ita interpretantur, ut uniuscujuspiam rei magnitudo alterius invocet magnitudinem: utpote, peccatorum cumulo necessarium esse ingentem cumulum misericordiæ. Alii per abyssos hos novam & veterem divinaram institutionum doctrinam intelligunt: profundissima enim utraq; est, & altera alterius indiget auxilio: ita enim Eucherius, Psalmi dictum hujusmodi citans, profunditatem inquit Scripturarum inde colligi. Neque illud non probat, ut vetus testamentum, qui novi egeat auxilio, & veteris novum. Quin & humanam mentem unicuiq; abyssum esse dicit, qui nequeat semetipsam ipsa comprehendere, nisi superioris abyssi ope sublevetur: unde scilicet affluat lumen, quod alti profundis tenebras discutiat.

LACUNA FOSSAQUE. CAP. XXIX.

*Sic Cicero
& Verr. Lacunam rei
familiaris
proprietatis
& arumna.*

Ab abyssu haud multum dissimilis est alia aquarum species lacunosa, eaque plurimum turbida, acenosa atq; faculenta, quæ nimirum pro cladibus & ærumnis accipi solet. Ita dictum Ezechielis interpretantur, ubi Dominus ad Hebræos: *Aperiam sepulchra vestras, & educam vos de Babilone.* Frequenter enim in Divinis literis pro una eademq; re ponuntur, sepultura, vorago, infernum, abyssus, fossa, lacus, & similia. Psalm. 27. *Similis descendentibus in lacum*, nonnulli profundissimas fossarum altitudines intelligunt, unde non detur emerfus: nonnulli sepulchra foveis excavata. Sederim Psalm. 29. *Servasti me ne deciderem in lacum*, quod foveam alii, alii puteum vertere: Euthymius inevitabile periculum exponit, quippe voraginem, in quam qui forte incidit, suis ipse viribus nequaquam possit evadere. Alibi exauditum se ait Propheta, ut de lacu profundissimo sordidissimaq; extraheretur, quod maxima vitæ discrimina, quod divinitus evaserat, declarat. Et quod ibidem dicitur de luto limi, lividissimam loci putredinem ostendit: ea vero est, quæ animas nostras eo demersas tenaci veluti cæno implicatas detinet. Hinc Davides orat se de luto eripi, ne affixus in palude putoreq; illo perpetuo recumbere adigatur: atque hæc de turbidis.

LIMPIDÆ. CAP. XXX.

*Claritudo
& obscuritas
aqua
quid.*

Aquæ vero limpida perspicuaque omnes, dubio procul pro doctrinæ simbolo, uti ostendimus est, accipiuntur. Doctrina autem omnis vel in conspicuo est, in ore quippe ipso, vel in mentis recessu. Hinc ea, quæ manifeste patent, perspicuis & nitidis, neq; admodum altis profluentibus comparamus: quæ vero in arcanis habentur, aut solo concipiuntur intellectu, ea vel nubium, uti superius, densitari, vel puteis, vel altioribus undis similia sunt. Transfertur autem commodissime hæc aquæ claritudo atque obscuritas ad humanum animum, eaq; metaphora, quod syncerum apertum, manifestumq; & perspicuum est, Candidum appellamus: propterea quod hujusmodi propemodum est aquæ puræ conditio, ut superficiem habeat claram atque perspicuam. Hinc Pindarus Pythiis, Arcesilao candida præcordia dixit, *λευκὰς πρησωντα Φρεσίν.* Contra vero quæ abdita incognita, & in intima mentis penetralia recondita, ab ejusdem aquæ similitudine, obscura, nigra, vel alta nuncupamus: ut quæq; enim in aquis profundiora sunt, eo videntur obscuriora. Ita Homerus nigra inquit præcordia, *Φρενας* quippe *μέλανας* ob taciturnitatem, & consiliorum occultationem. Et Virgilianus Æneas premit altum corde dolorem, quem nullo scilicet signo manifestabat.

PUTEL. CAP. XXXI.

Et in hujusmodi significatum Divinæ literæ Puteos plurimum ponere consueverunt. Hinc Isaac puteos tot fodit, tot purgare aggreditur, tot novo labore aperit, quæ omnia mystico sensu vitæ, quam sequi debemus, doctrinam indicant. Nam & Philo eo loco, *Quæ foderunt pueri patri ejus, ingesto rudere obsruunt Palestini*, fossuras puteorum auspicia esse disciplinarum ait. Eæ vero in purgatissimo contemplativæ Philosophiæ recessu commorantur, ubi tranquillæ, placidæ, leniterque fluentes aquæ castissime lascivunt. Non negarim autem puteum in Divinis literis esse etiam uxoris hiero-

A hieroglyphicum. nam eo Theologi nostri trahunt Salomonis præceptum, *Bibe aqua de vasis tuis & puteus pro de puteorum fontibus.* Jam Bersabeæ nomen *Septimus puteus* interpretatur, quæ septima fuerit Davidis uxor. Propter aquas educatum se Davides plurimum gloriatur, sed perspicuas, vivas, dulces, & placide prolabentes aquas, quæ nobis quoque sunt idemtidem adeundæ, si modo illos adæamus puteos, in quos Palæstini terram non ingresserint, in quos scilicet, ut hoc obiter interpretemur, invida, ac periniqua Hæreticorum factio suæ turpitudinis cœnum non admiscuerunt: quicumque enim suam uberrimis hinc limpidissimisq; undis sitim expleverit, aut cœlestem exceperit rorem, fontes melle fluentes hauserit, nubium harum imbrem collegerit, inq; auctoris iisdem imbribus fluvios demersus lavet & volutetur: ætuosos is cupiditatum ardores extinguet, membris morbos, qui sensum obstupesciunt, expellet, animiq; podogram, bonorum quippe operum impedimentum, elidet, omniq; demum labe perpurgatus, nulla corporis fæce fordidos, situ obfusus nullo, nulla denique labe contaminatus, ipsam æthereæ puritatis claritatem induet, & superis par effectus, immortalitatis etiam conditionem divini decreto liberalitatis assequetur.

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM
LIBER XXXIX.

DE IIS, QUÆ PER ISIDEM, ET JUGERIS
QUADRAM, ET PICTURAS ALIQUOT
alias significantur,

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

AD M. ANT. PASSEREM, PATAVINUM
PHILOSOPHUM PROBATISS.

Nolim putes, eruditissime M. Antoni, dedicationem hanc meam de Iside, deque iis, qua similitudine quadam ad Isidis argumentum in comitatum sese adjunxere, ideo tibi factam, ut sperarem te aliqua hinc obligatione mihi devincere: cum mihi potius persuaserim, multum me acquisiturum, tibiq; plurimum debiturum, si commentationes has meas, qualescunque sint, suscipere, dignatus fueris. Nam quid ego vel meditari, vel continua lectione consequi unquam potuerim, quod eruditionis cuiusquam nomine venditari mereatur tibi, cui totus sit calathus ille domi, unde omnia possis largissime depromere? Non enim te solis Medicina Philosophiq; terminis cohibuisti, sed longe ulterius progressiva, variarum insuper rerum minime protritarum doctrinam ita tibi comparasti, ut te quacunque re proposita, & erudite loquaris, & eruditionem ipsam mira sermonis jucunditate noveris convesciscere. Quin Poetas, Historicos, Polyhistorasque omnes ita familiares effecisti, ut nihil tota in encyclopædia sit, quod te lateat, quod non in promptu habeas, proque loco & tempore utaris quam felicissime. Quare nihil, aut parum legendis nostris profecturus es, nisi quantum amici virtutibus tuis deditissimi nugas amas, & qui amant, Ovidianum illud objicere solent:

In facie navus causa decoris erat.

Sit utcumque, non debui ego, quantumcumq; prestare potui, quin ad te mitterem hastare, aut propemodum expavescere, qui scirem quantum inde lucri facturus essem, qui rem quidem imbecillam admodum & infirmam offerrem: sed que apud tam peritum, tam prudentem, tam probum, eundemq; humanissimum amicum ita accipi possit, ut vigorem firmasq; vires sit consecutum.